

mancipiis pratis, campis, pascuis, silvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, viis, inviis, exitibus, redditibus, tam quæsitis quam inquirendis, cæterisque pertinentiis jam habito cenobio Niuenburgensi in proprium tradidimus. Eo tenore, ut idem Eggihardus venerabilis Abbas omnes que sui successores ad utilitatem fratrum in eodem monasterio Deo fervientium de eodem prædio, quicquid libuerit, faciant: Quatinus de monachis ejusdem cenobii animæ nostræ perpetua sit commemoratio nostrique nominis recordatio. Et ut hæc traditio firmior permaneat, hanc paginam manu propria corroborantes sigillare præcepimus.

Signum Domni Ottonis
Cæsaris Invictissimi.

Heribertus Cancellarius vice
Willigisi Archiepiscopi recognovit.

Data Kal. Maji Anno Dominicæ Incarnat. M. Indictione XIII. Anno tertii Ottonis regn. XVI. Imperii III. Actum Aquisgrani feliciter. Amen.